

Band VIII., Nr. 3020, Seite 257

Sifrid von Weißenstein verkauft dem Amman Albert Kuchalber von Geislingen das Dorf Winterreute.

Ohne Ortsangabe, 1281. Januar 6.

In nomine domini. Amen. Quoniam ea, que fiunt sub tempore, cum tempore defluunt et labuntur, expedit ea scripturarum et testium amminiculo deferri ad notitiam futurorum. Noverint igitur universi, ad quos presentes littere pervenerint, quod ego Sivridus de Wizsenstain accedente voluntate et consensu . . . matris mee vendidi pro octuaginta quinque libris Hallensium Alberto ministro de Gyselingen dicto Kūchalber et suis heredibus villam Winderūtīn cum pertinentiis universis, scilicet agris pratis molendinis nemoribus silvis pascuīs viis et inviis quesitis et non quesitis titulo proprietatis possidenda et eo iure, quo ego et mei antecessores dictas possessiones hucusque possidebant. Ut autem idem Albertus maiori certitudine gratuletur, prefatam villam cum suis pertinentiis ego et mater mea predicta tradidimus ad manus nobilium virorum Ulrici senioris et Ulrici iunioris comitum de Helfenstain prefato Alberto et suis heredibus titulo proprietatis conferendo, que donatio per manus dictorum comitum ad personam dicti Alberti et in presentia subscriptorum testium est peracta et inpleta. Promisi etiam corporali prestito iuramento et promitto per presentes, quicquid idem Al[bertus] in predicta emptione pro sua utilitate, et cautela maiori excogitare poterit, me fideliter et sine dolo quolibet adimplere. Testes huius donationis sunt: Henricus de Uberchingen, Fridricus de Scharunsteten milites, Henricus rector ecclesie in Rorgunstaige, Ūdelhardus scriba, Hermannus de Degenvelt, Henricus de Iwach, Waltherus de Brūingeshain, magister Waltherus minister de Ravinstain, Ludewicus et Henricus dicti Nebelritter, Fridricus cellerarius, Henricus faber, Cunradus dictus Linder, Albertus et Henricus dicti Zūmen, Wernherus et Wernherus iunior dicti Zūmen, Cunradus, Hermannus, Henricus, Berhtoldus dicti Ulmer, Rūdolfus de Ulma, Wernherus faber et Wernherus filius suus, Eppo senior et Eppo iunior, Hermannus in Porta, Waltherus de Tunstorf, Fridricus Hasenmūl, Ulricus minister, Eberhardus Birunstil, Cunradus Ruggestain, Ulricus cellerarius et alii quam plures. Ut autem hec donatio seu emptio rata et firma permaneat, presentes conscribi feci dans eas sepedicto Alberto ministro munimine sigillorum predictorum comitum et mei fideliter communitas.

 Actum et datum anno domini millesimo CCLXXXI., VIII. idus Januarii, Rūdolfo Romanorum rege regnante.

II

Das 1. Siegel beschädigt, s. WUB, Bd. VII, S. 74, das 2. ist abgegangen.

Auf der Rückseite ziemlich gleichzeitig: *Super Windenrüt* (zweimal). Ferner aus dem 14. Jahrhundert: *Pertinet ad saculum in loculo comitum de Helfenstein et Burgawe*, eine Notiz, die darauf hinweist, dass die Urkunde aus dem Archiv des Klosters Kaisheim stammt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

H 27 Nr. 5

Regesten:

Urkunden Kaisheim, S. 192 f., Nr. 336.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bad Überkingen Wohnplatz (580)
 Bad Überkingen, GP
 Bräun-
nisheim Wohnplatz (16692)
 Bräunisheim, Amstetten, UL

Degenfeld Wohnplatz (4832)
 Degenfeld, Schwäbisch Gmünd, AA

Donzdorf Wohnplatz (629)
 Donzdorf, GP
 Eybach Wohn-
platz (700)
 Eybach, Geislingen an der Steige, GP
 Geislingen
an der Steige GP
 Geislingen an der Steige Gemeinde (695)

Geislingen an der Steige Wohnplatz (701)
 Geislingen an der Stei-
ge, GP
 Helfenstein Wüstung (21656)
 Helfenstein, Geislin-
gen an der Steige, GP, W
 Ravenstein Wohnplatz (596)
 Ra-
venstein, Böhmenkirch, GP
 Scharenstetten Wohnplatz (16756)

Scharenstetten, Dornstadt, UL
 Ulm UL
 Ulm Gemeinde (16620)

Weißenstein Wohnplatz (865)
 Weißenstein, Lauterstein, GP

Winterreute Wüstung (25512)
 Winterreute, Böhmenkirch, GP, W